

Canonicos Cathedralibus, qui conſtituunt unum corpus, cujus ille caput, & illi membra eſſe noſcuntur, cap. Novii. 4. *De his, quæ ſunt à Prælatiſ &c.* Tum quia memoria diſpoſitio, ut duo Canonici Cathedralibus in ſervitio Episcopi gaudeant fructibus ſuæ Præbendæ, eſt exorbitans à Regula communi, vi cujus non niſi præſentes fruuntur illis fructibus, ſicque non debet extendi ad caſus alios, præſertim diſparatos. Reſp. neg. anteced. Quia, ut notat Fagnanus in cit. cap. *De cætero. num. 2. h. t.* textus hujus Decretalis loquitur ſimpliciter de Canonicis, donec in ſervitio tuo fuerint, ſtatuerendo, ut ſuprà: neque colligitur ex ſuperſcriptione, cui, & de quibus Canonicis, Eccleſiarum Collegiarum, vel Cathedralium duntaxat, Decretalis eadem loquitur. Atqui, ubi lex non diſtinguit, neque nos diſtingere debemus, ut loquitur Summarium in l. *De pretio. ff. de Publiciana in rem action.* cum ſimilibus.

155 Nec urget, quod non ſit tanta unio inter Episcopum & Beneficiarios inferiores, quanta eſt inter Episcopum & Capitulum Cathedralis, ejuſque Canonicos. Etenim in citatis Canonibus, ac præſertim cap. *Ad audientiam. h. t. pro ratione fundamentali,* atque finali relatæ diſpoſitionis, non aſſertur major unio, ſed præſertim ſervitium, ibi: *Cum abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui recum pro tuo, & ipſius Eccleſiæ ſervitio commorantur;* atque hæc ratio æquè militat in Canonicis Eccleſiarum Collegiarum, non minus, ac Cathedralium. Tum quia eadem Decretales emanarunt principaliter ad bonum Eccleſiarum, atque ſervitium Episcopalis præſertim, in quibus eſt Eccleſia, cit. can. *Scire debes. 7. q. 1. Unde,* veluti Eccleſiis favorabiles, potius ſunt amplianda, quam reſtringenda: nam, ubi favor & odium ab invicem nequeunt ſeparari, lex principaliter lata in favorem alicujus (puta, Episcopi, ſeu Eccleſiæ, ut hic) cenſetur omnino favorabilis, ſicque latè interpretanda, juxta Gloſſam cap. *Staurum. ff. Numerandum. de Præbend. in 6. eſtque ex proſeſſo declaratum ſuprà Lib. 1. Tit. 2. De Conſtitutionibus. §. 17. numer. 437. 439. & ſeqq.* Ac pro hoc patet reſponſio ad alteram probationem conſequentem, numer. præc. allatam. Negatur enim Aſſumptum, ſive quod diſpoſitio cit. *De cætero. & cap. Ad audientiam. h. t.* ſit exorbitans à Regula communi: cum potius hanc favorabiliter limitet, ad bonum commune Eccleſiarum.

156 Et hæc ratio tam forſiter ſtringit, ut allatam Conclusionem ſecundam etiam de quibusvis aliis ejuldem Eccleſiæ Clericis procedere, aſſerat Fagnanus cit. *De cætero, numero. 11. & 14. & Navarrus cap. 25. Manual. numer. 121.* eti diſſentiat Barboſa 4. cap. 25. *de Canonic. & Dignitat. num. 8. verſ. Cum ergo Jura. Eandemque Conclusionem pariter in Clericis inferioribus admittendam eſſe, ſaltem quando ex Canonicis Cathedralibus æquè idonei haberi non poſſunt ad tale ſervitium Episcopo præſertim: cenſet Abbas cap. *Ad audientiam, nu. 8. h. t.* Layman lib. 4. *Theolog. Moral. tract. 2. cap. 6. ac ipſemet Pirhing cit. num. 30. verſ. Excipi h. t. Dummodò hinc excipiantur Parochi, alique Curati, juxta dicta ſuperius §. 3. num. 94. & 95.**

157 Queritur III. Utrum conſuetudo contraria executæ à reſidentia in Beneficiis, ejulſque obligationem tollat? Reſp. I. Loquendo de Beneficiis curatis, nulla conſuetudine, etiam immemoriali induci poteſt, ut Reſtor Eccleſiæ in ipſa non reſideat, neque idoneum Vicarium pro ſe conſtituat. Ita Abbas cap. *Extirpandæ. in Repetit. §. Qui verò numero 36. de Præbend. & communis. Ratio eſt clara: quia talis conſuetudo eſſet irrationabilis. Ce-*

deret enim in magnam dampnum Eccleſiarum, ſuo Reſtore penitus deſtituarum: certumque contineret periculum animarum Parochialium, cum neminem addeſt, qui ipſis indigentibus Sacramenta Eccleſiæ miniſtraret, atque in cæteris curam animarum gereret: quia, ut hæc Conſuetudo ſupponit, neque idoneus Vicarius conſtituetur.

Reſp. II. Conſuetudo, etiam immemorialis in ſerviendi per Vicarium in Beneficio curato, & que fructus in abſentia percipiendi, non valet. Ita Abbas cit. numero. 36. Joan. de Selva *Tractatum tom. 15. tract. de Beneficio, part. 4. queſt. 2. numero 1. Fagnanus cap. Ex parte. numero 27. h. t. citans alios; quavis non deſinit oppoſitum tenentes, loquendo tamen de conſuetudine immemoriali, ac ſignanter Navarrus Conſil. 21. numero 4. & ſeqq. de Cleric. non reſident. & Pirhing. h. t. numero 14. Ratio Conſultionis eſt: quia etiam talis conſuetudo eſt irrationabilis; cum ſit periculosa animabus Parochianorum, eo quod in commiſſione curæ animarum eligatur induſtria perſonæ: atque ideo non eſt rationabile, quod talis perſona eccleſia, poſſit curam animarum, ſuæ induſtriæ ſpecialiter commiſſam, in perpetuum relinquere, alique committere. Accedit, quod reſidentia Beneficiarium Curatorum ſit de Jure Divino, ut dictum numero 10. Atqui Juri Divino nulla contraria conſuetudine derogari poteſt, etiam ſi immemorialis; cum veris fit corruptela, cap. ult. *de Conſuetud.* Et huic ſententiæ concordat Concilium Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 1. *§. Eadem omnino. de Reform.* ejulſmodi conſuetudinem appellans corruptelam, illis verbis: *Conſuetudine, etiam immemorabili, que potius corruptela cenſenda eſt.**

Dices. Conſuetudo temporis immemorialis æquè pollet privilegio, ita ut quicquid induci poteſt pro privilegio, poſſit etiam pro talem conſuetudinem, l. *Hoc jure. §. Aquæ ductus. ff. de Aquæ quotidian. & aſſiv. & c. Super quibusdam. 26. §. Præterea. de Verb. ſignif. Sed pro privilegio Papæ induci poteſt, ut Reſtor Eccleſiæ Parochialis non teneatur exercere curam animarum pro ſe ipſum, ſed duntaxat pro alium; ſicuti Jure communi ſtatutum eſt, ut iſtud ſit per Vicarios perpetuos; ergo id ipſum induci poteſt per conſuetudinem, ſaltem immemorialem. Reſp. cum Fagnano c. *Cum contingat. numer. 8. & 11. de Foro compet. dictum illud, in Majori allegatum, non procedere univerſaliter; ac præſertim tunc non, quando conſuetudo eſt à Jure reprobatæ (prout ſit in propoſito, dum Concilium Tridentinum eam potius corruptelam cenſendam aſſerit) quia talis nullo modo habet vim privilegii, c. *Cum inſuſticia. 17. de Cenſib. Vide plura de hoc ſuperius Lib. 1. Tit. 4. De Conſuetudine. §. 3. n. 65.***

Reſp. III. Loquendo de Beneficiis non curatis, eſt diſtinguendum. Quia aut eſt fermo de Beneficiis ſimplicibus: & valere generalem conſuetudinem, quod quis non teneatur perſonaliter reſidere, ſed per Subſtitutum poſſit ſatisfacere ſuæ obligationi niſi ex Fundatione, Statuto, aut conſuetudine particularis Eccleſiæ, ad reſidentiam perſonalem aſtringatur: patet ex dictis ſuprà numero. 9.

Atque iſtud ampliatur, etiam ſi in Fundatione ipſa impoſita obligatio perſonaliter reſidendi. Ad hoc enim per longævum, & legitime præſcriptam conſuetudinem, hujulmodi obligatio tolli poteſt, arg. c. *Cum omnes. junctâ Gloſâ ſin. de Conſtitutione.* ac notat Abbas *ibid. numero. 10.* iſtud intelligens, dummodò non fiat præjudicium magnum Eccleſiæ. Felinus cit. cap. *Cum omnes. num. 32. verſ.*

§. VI. De Distributionibus quotidianis, earumque &c. 61

- In gloſſ. ſin. Navarrus Conſil. 6. de Clericis non reſident. n. 1. & ſeqq. Joan. de Selva cit. tract. de Beneficio, part. 4. queſt. 2. n. 1. & ſeqq. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. gloſſ. 5. n. 107. citans alios; atque aſſerens, ita fuiſſe declaratum per Sacram Congregationem Concilii.
- 162 Aut eſt fermo de Dignitatibus non curatis, & Canonicatibus Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiarum: & tunc antiquitus valebat conſuetudo, quod quis in abſentia poterit percipere Beneficium, ubi talis conſuetudo vigeat, arg. cap. *Cum omnes. junctâ Gloſâ ſin. de Conſtit. Dummodò Eccleſia non indigniſſet ſervitoribus, ſive Miniſtris, eo quod multi fuiſſent Beneficii in Eccleſia, qui tenebantur reſidere, & non niſi pauci eorum ſe abſentare ſolebant; ſicque conſuetudo illa non intulit gravamen Eccleſiis. Aliis ſecus: ut cap. 1. de Conſuetud. & cap. ult. de Reſcript. in 6. ac notat Abbas cit. cap. *Extirpandæ. in Repetit. §. Qui verò. n. 31. de Præbend. & Fagnanus cap. Cum omnes. n. 18. de Conſtit. poſt Innocentium, Hoſtienſem, Joann. Andream, & alios ibid.**
- 163 Additur notanter, & tunc antiquitus &c. Nam hujulmodi conſuetudo percipiendi fructus in abſentia in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, noviffimè per Concilium Tridentinum, ſeſſ. 24. cap. 12. verſ. *Præterea. de Reform.* ſublata fuit, atque caſſata, ſequentibus verbis: *præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, Præbendas, aut Portiones, non liceat vigore cujuſlibet ſtatuti, aut conſuetudinis, ultra tres meſes, ab eisdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe &c.* Atque, ut notat Fagnanus c. *Cum omnes. n. 21. & 22. de Conſtit. & Garcias part. 3. de Beneficiis, cap. 2. nu. 197.* eſt ſententia Sacræ Congregationis, pro allegatum Decretum Concilii ſublata fuit conſuetudo etiam immemorialis, ſecundum quam ex quavis cauſa, & ultra tres meſes, quolibet anno ab eisdem Eccleſiis abeſſe liceat; prout amplius patet ex Declarationibus dictæ Sacræ Congregationis, quas verbatim adducit Garcias cit. nu. 197. Verum tamen, quod præſerta Conſtitutio Concilii Tridentini in multis locis, ac (præſertim Germaniæ) Eccleſiis, non fuerit uſu recepta, inter alios obſervat Pirhing h. t. n. 6. & 15. Sannig eod. cap. 3. n. 9.

§. VI.

De Distributionibus quotidianis, earumque constitutione, ac licita perceptione.

SUMMARIUM.

- 164 In Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis, collectio omnium fructuum annorum, appellatur Menſa communis.
- 165 Fructus annui, ſeu groſſi, qui vocantur etiam Fructus Præbendæ: vel abſolute Præbenda.
- 166 Distributiones quotidianæ, ſeu Præſentia, quæ dicuntur etiam Victualia, & Manualia beneficia. *Ibid.*
- 167 Hæ vel ſunt conſtituæ ab amico per pias fundaciones, vel debent conſtitui deducendo tertiam partem fructuum Menſe Capitularis.
- 168 Et hoc poſterius declaratur.
- 169 Distributiones quotidianæ principaliter inſtituæ ſunt ad promovendum cultum Divinum.
- 170 Aliud eſt. Reſidere in loco Beneficii: Aliud, Interelle Divinis.

171 Simoniacum non eſt, dare Distributiones quotidianas iis, qui interſunt Officiis Divinis, & cur?

172 Regula eſt, quod Distributiones ſolam debeantur præſentibus, & interſentibus, non obſtante quocunque ſtatuto, vel conſuetudine: & aliter eas recipiens, ſeu ſic receptorum dominium non acquirit &c.

Referitur quoad hoc textus cap. un. h. t. in 6. & Concilii Tridentini. *Ibid.*

173 Conſuetudo percipiendi Distributiones in abſentia non valet, ſive introducta fuerit ante Conſtitutionem Bonifacianam, ſive poſt.

174 Etiam ſi ſpeciali cujuſpiam Eccleſiæ ſtatuto conſirmata ſit.

175 Canonici non gaudent Distributionibus, dum duobus, aut tribus menſibus à Concilio permiſſis abſunt.

176 Quavis interim inſerviant per Subſtitutum.

177 Excipiuntur caſus, in quibus de Jure dubium eſt, an Distributiones debeantur abſentibus: tunc enim conſuetudo eaſdem concedens, cenſetur valida.

178 Sic valida eſt conſuetudo, quæ Canoniciſ temporè peſtis abſentibus datur Distributiones.

179 Similitur valida videtur conſuetudo, ut Canonici ob negotia Eccleſiæ ſuæ abſens, poſt reditum, vel ante diſceſſum ſuum, per duos vel tres dies lucraret Distributiones, eſſi non interſit Divinis.

180 Quoad Distributiones, quas abſentes non fuerint lucrati, nulla valet remiſſio.

181 Et ſi ſecus ſit, debet Episcopus eas in panam fraudis applicare fabricæ Eccleſiæ &c.

182 Distributiones quotidianæ, ordinariæ, amiſſæ per non interſentes, accreſcunt Clericis interſentibus. *Et n. ſeqq.*

183 Secus, quando pro Distributionibus datur certa quantitas.

184 Concordatur Decretum Concilii Tridentini ſeſſ. 22. cap. 3. de Reform. cum alio ejuldem Decreto ſeſſ. 21. cap. 1. de Reform.

Queritur I. Quid intelligatur nomine Distributionum quotidianarum: & unde ſint deducendæ; & cur? Reſp. I. Prænotandum eſt, quod in Eccleſiis tum Cathedralibus, tum Collegiatis, collectio omnium fructuum annuatim toti Capitulo obvenientium, appellatur Menſa communis: ut eſt textus in c. *Cum M. Ferrarienſis. 9. de Conſtit. Et hujulmodi Menſa communis complectitur univerſos fructus totius capituli, poſtmodum dividendos in ſingulos Canonicos, alioſque ejus Officiales, prout cujuſque merita ſeu labores depoſcunt. Deinde inter ipſoſmet fructus, Canonici pro rata dividendos, eſt differentia: nam alii vocantur fructus annui, ſeu groſſi: alii verò, Distributiones quotidianæ. Et quidem*

Fructus annui, ſeu groſſi, ſunt illi, qui dantur propter annuum reſidentiam in loco Canoniciſ. Atque iſti non raro dicuntur Fructus Præbendæ; vel abſolute, Præbenda: ut cit. c. *Cum M. Ferrarienſis. de Conſtit. ibi: Antiquis Canoniciſ Præbendas, cum integritate percipiuntibus. Et c. Dilucidus 19. de Præbend. ibi: Idem fructus præbendæ percipere non deberet: cum ſimilibus. Et hujulmodi redditus annuos, ſeu fructus groſſos, ſive præbendam lucrari etiam ab illis Canoniciſ, qui ex legitima, & à Superiore approbata cauſa abſunt à loco Beneficii, certum eſt, atque hæcenus in pluribus jam caſibus declaratum: cenſentur enim eſſe reſidentes, ſiſtione juris, licet verè ac realiter non reſideant, juxta dicta ſuperius §. 1. n. 7.*

166 *Distributiones quotidianæ*, seu (ut vulgò appellantur) *Præsentis*, dicuntur illi Fructus Canonicales, qui propter singulas præsentias in Choro, sive Divino servitio, dantur Canonici interessentibus, seu verè, & actualiter præsentibus. Et hæc in *c. de cætero*, 7. h. t. alio nomine vocantur *Vidualia*, illis verbis: *Nisi forte sint Vidualia, quæ non consueverint absentibus exhiberi*. Imò in *cap. un. h. t. in 6.* etiam dicuntur *Manualia beneficia*, seu *Vidualia*. Atque de istis in præsentia Paragrapho specialiter est sermo: unde

167 *Resp. II.* *Distributiones quotidianæ* in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, vel jam sunt constitutæ ab antiquo per speciales pias Fundationes: vel si in eisdem non adsint, aut nimium tenues existant, pro eisdem constituendis tertia pars fructuum Mensæ Capitularis Tridentinum *Sess. 21. cap. 3. de Reform.* illis verbis: *Statuit Sancta Synodus in Ecclesiis tam Cathedralibus, quam Collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam Dignitatum, quam Canonicatum, Personatum, portionum, & officiorum, separari debere, & in distributionibus quotidianis converti, quæ inter Dignitates obtinentes, & cæteros Divinis interessentes, proportionaliter juxta divisionem ab Episcopo, etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam, dividantur: Salvis tamen &c.* Hæc ibi.

168 Ex quibus Sacri Concilii verbis inter cætera patet, quòd illa tertia pars fructuum in distributionibus convertenda, non possit deduci, nisi ex Canonicatibus, & aliis beneficiis in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia existentibus aut ipsis unitis: neque extra Ecclesiam Cathedrali, aut Collegiatam, hoc Decretum habere locum. Prout à Sacra Congregatione Concilii fuisse declaratum, refert Garcias *part. 3. de Beneficiis. cap. 2. num. 473. & 474. ac seqq.* apud quem plura de hoc.

169 *Resp. III.* *Distributiones ejusmodi quotidianæ* specialiter in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis institutæ, atque decretæ fuerunt ad promovendum cultum Divinum: sive, ut Clerici eo libentius, atque studiosius, intersint officiis Divinis, si præsentem accipiant aliqualem remunerationem, eadem cæteròquin caritari. Textus est in Concilio Tridentino *cit. Sess. 23. cap. 3. de Reform.* ubi à principio, & pro ratione motiva, seu finali, detrahendæ tertis parte fructuum, ut supra, præmittitur sequens: *Cùm Beneficia ad Divinum cultum, atque Ecclesiastica munia abunda sint constituta; ne quæ in parte minuatur Divinus cultus, sed ei debitum in rebus omnibus obsequium præstetur: statuit Sancta Synodus &c. præcipiens, ut supra n. 167.* tertiam partem fructuum pro distributionibus quotidianis separandam esse.

170 Unde sciendum, quòd aliud sit, *Residere in loco Beneficii*: & aliud, *Interesse Divinis Officiis*. Nam *Residere* censetur ille Clericus, qui in loco Beneficii, debito tempore commoratur, etiam si ad modicum absit: puta Canonicus ad duos vel tres menses. *Interesse* verò Divinis solummodo dicitur ille, qui obtinens Beneficium ipsis Officiis Divinis celebrandis actualiter præsens est (sive interest) & ministerium eorum celebrationi, ac Altari exhibet. Glossa in *cap. un. §. Adferit. h. t. in 6.* Covarruvias *lib. 3. Var. Resol. cap. 13. numer. 3.* & alii. Atque illis interessentibus duntaxat debentur distributiones quotidianæ, ut hæc ratione magis excitentur Canonici ad interessendum Officiis Divinis spe alicujus præsentaneæ remunerationis, quæ cæteròquin carere

cogerentur; sicque cultus Divinus promoveatur.

Neque ex dictis quis perperam inferat, istud esse simoniacum, dum distributiones quotidianæ, quæ sunt quod temporale, dantur pro actuali exercitio cultus Divini, sive ministerio merè spirituali. *Resp.* enim ejusmodi distributiones non dari pro ministeriis spiritualibus, ut pretium ex pacto; sed ut temporale stipendium pro honesta Clerici in Ecclesiastico servitio occupati sustentatione, juxta illud Salvatoris, *Matth. cap. 19. Dignus est operarius cibo suo, cum concordantis.* Simile quid contingit in celebratione Missarum pro consueto stipendio: imò & in fructibus grossis Præbendarum; nam etiam hi non dantur nisi Canonici residentibus cum effectu, seu Ecclesiastica ministeria personaliter exequentibus. Quamquam Glossa magna *cap. un. h. t. in 6. circa fin.* notet, peccare Canonicum graviter, & simoniam mentalem committere, quando ad Horam Canonicam vadit principaliter propter denarium, sive distributionem, *arg. c. Tua nos. 34. & cap. ult. de Simonia.* Ubi tamen ponderandum ly, *principaliter propter denarium.*

Quæritur II. Quinam Canonici validè, ac licitè, percipere possint præsentias, seu distributiones quotidianas? *Resp. I.* Regula est, quòd distributiones quotidianæ solum præsentibus, seu Divinis Officiis interessentibus, dari debeant, non obstantibus quocumque statuto, aut consuetudine: & qui aliter illas receperint (exceptis casibus in Jure concessis) rerum sic receptorum dominium non acquirant, imò ad earum omnium restitutionem teneantur. Ita communis; etiam per Bonifacium VIII. *cap. un. h. t. in 6.* expressè decretum illis verbis: *Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit (recipiendi videlicet distributiones quotidianas in absentia) penitus improbandas: Statuimus, ut distributiones ipsæ quotidianæ, in quibuscumque rebus consistant, Canonici, ac alii Beneficiarii & Clerici Ecclesiarum ipsarum, qui eisdem Officiis in ipsis Ecclesiis adfuerint, tribuantur juxta Ecclesiæ cuiuslibet ordinationem rationabilem jam factam, seu etiam faciendam. Qui verò aliter de distributionibus ipsis quocumque receperint (exceptis illis, quos infirmitas, seu justa & rationalis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas excuset) rerum sic receptorum dominium non acquirat, nec faciat eas suas; imò ad omnium restitutionem, quæ contra hujusmodi nostram constitutionem receperint, teneantur.* Atque hæc Constitutio Bonifacianam Concilium Tridentinum *Sess. 24. cap. 12. de Reform.* innovavit, & confirmavit, sequentibus verbis: *Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant: reliqui, quibus collusione, aut remissione exclusi, his careant, juxta Bonifacii VIII. Decretum, quod incipit, Consuetudinem; quòd Sancta Synodus in usum revocat, non obstantibus quibuscumque statutis, & consuetudinibus.* Hæc tamen Concilium: unde

Resp. II. Ad eò data Conclusio procedit, ut istis consuetudo percipiendi distributiones quotidianas in absentia non valeat, sive introducta fuerit ante relatam Constitutionem Bonifacianam, sive post. Ita Covarruvias *lib. 3. Variar. Resol. cap. 13. n. 2. & seqq.* Barbofa *cap. un. n. 4. h. t. in 6.* Pirhing, *h. t. n. 83.* Fagnanus *c. Licet. n. 77. & 79. de Præbend. asserens, Sacram Congregationem sæpius respondisse, quòd citato Decreto Concilii Tridentini Sess. 24. cap. 12. etiam immemoralis consuetudo sublata fuerit. Ratio est: quia Constitutio Bonifacii VIII. cap. un. h. t. in 6. non solum simpliciter derogat consuetudini recipiendi distributiones in absentia: sed etiam ipsi resistit, eamque reprobat ut iniquam, & irrationabilem; prout liquet ex illis verbis: *Consuetudinem, quæ in quibusdam partibus inolevit* peni-*

penitus improbandas. Atqui, ubi sus resistit consuetudini, eamque penitus improbat, nempe ut irrationabilem & iniquam, censetur sublata consuetudo non tantum præterita, verum & futura, imò & immemoralis, *c. Cùm venerabilis. 7. & cap. ult. de Consuetudine. etiam jam dictum supra Lib. I. Tit. 4. De Consuetudine. §. 2. n. 35. 37. & 45.*

174 Ampliatur Conclusio, ut non valeat consuetudo percipiendi distributiones quotidianas in absentia, etiam si speciali consensum Ecclesiæ Statuto confirmata sit. Hujusmodi enim statuta expressè sublata sunt per Concilium Tridentinum *cit. Sess. 24. cap. 12. de Reform.* ibi: *Non obstantibus quibuscumque statutis.* Accedit, quòd Capitulum nequeat concedere Statuta Juri communi contraria: atqui Statutum percipiendi distributiones in absentia, est contrarium Juri communi; puta, *cap. un. h. t. in 6. & Concilio Tridentino loc. cit.* ergo Major patet ex eo: quia interior nequit tollere legem Superioris, *can. Inferior. dist. 21. & Clem. Ne Romani. §. 1. de Election. etiam ex professo dictum supra Lib. I. Tit. 2. De Constitutionibus. §. 4. nu. 85. & seqq.*

175 Ampliatur ulterius, ut distributionibus quotidianis non gaudeant Canonici, dum duobus, aut tribus mensibus, à Concilio Tridentino permittis, absint. Quia licet eo tempore censentur residere, utpote brevi reverfuri; ac proinde possint percipere Præbendam, sive fructus grossos: non tamen prout intelligitur interesse Divinis Officiis, sicque non gaudent distributionibus; cum casus ille non sit exceptus in allegata Constitutione Bonifacii VIII. confirmata per Concilium Tridentinum *loc. cit.* & concordant dicta superioris n. 113.

176 Ampliatur rursus Conclusio, ut procedat, etiam si Canonici absentes intersint per Substitutum: quia nihilo minus distributiones quotidianas percipere non possunt, neque valeat contraria consuetudo. Fagnanus *cit. c. Licet. n. 82. de Præbend.* plures alias consimiles ampliationes subjungens.

177 Fallit tamen data Conclusio in illis casibus, in quibus de Jure dubium est, an distributiones absentibus debeantur, nec ne. Tunc enim consuetudo eisdem concedens, censetur esse valida; potestque Juris ambiguitatem interpretari, & declarare: uti notat Covarruvias *lib. 3. Var. Resol. cap. 13. numer. 3. vers. Prima sanè.* citans Baldum inter *Consilia Cardinal. Const. 53.* Decium *c. Cùm omnes. in 1. lecti. col. 1. de Constitut.* & alios; atque sequitur Fagnanus *loc. cit. numer. 134. circa fin.* Accedit ratio: quia in tali casu nihil novum, aut Juri communi aperte contrarium inducitur; sed solummodo casus, de Jure dubius, longævo usu declaratur. Unde subintrat illud, quod l. *Si de interpretatione. 36. ff. de Legib. habetur: Si de interpretatione legis quaeratur, imprimis inspicendum est, quomodo Civitas retrò in hujusmodi casibus usajussit: optima enim est legum interpretatio: cum concordantis.*

178 Sic, quia dubium esse potest, utrum Canonici tempore pestis absentibus à loco Beneficii, de Jure debeantur distributiones quotidianæ (tale enim præsentaneum periculum mortis videtur justa causa absentiæ, comprehensa sub rationabili corporali necessitate, de qua fit mentio *cap. un. h. t. in 6.*) Hinc Sacra Congregatio censuit quidem, Canonici, qui tempore pestis absuerint, non deberi distributiones: sed cum limitatione, nisi probaretur consuetudo legitima, quòd distributiones hujusmodi darentur absentibus ex justa causa. Atque ita decium fuisse, refert Garcias *part. 3. De Beneficiis, cap. 2. n. 362.* & Fagnanus *cit. c. Licet. nu. 95. de Præbend.* atque post Franciscum à Ripa in *tract. de peste. part. 2. num. 145.* etiam tradit Covarruvias *Reiffenstuel Jus Can. Tom. III.*

vias *cit. cap. 13. n. 8. vers. Nonò.* & Barbofa *part. 3. de Offic. & potest. Episcop. allegat. 53. num. 170.* citans alios.

Deinde ex eadem ratione valida videtur consuetudo, ut Canonici ob negotia Ecclesiæ suæ absens (secus, si ob res suas privatas absuisset) post suum reditum per duos, vel tres dies distributiones lucretur, est Divinis Officiis personaliter non interfit: quia taliter fellus ex itinere, adhuc censetur agere negotia Ecclesiæ suæ; simulque post gravioerem itinerum defatigationem non nihil quietudum esse, suadet rationabilis necessitas corporalis. Pirhing *h. t. numer. 84.* Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 5. vers. Quæres secundò.* citans insuper Jo. Manacium in *cap. un. h. t. in 6. Castro Palao part. 2. disp. 3. de Oratione publica in Choro. punct. 9. §. 12. n. 16.* allegans alios; atque istud amplians ad Canonicum protecturum in causa Ecclesiæ suæ, cui ex consuetudine pariter concedi possunt duo, vel tres dies, pro præparatione itineris, unà cum distributionibus in absentia Chori: nam, qui se ad viam præparat, censetur in illa jam esse, *arg. l. Qui mittuntur. junctâ Glossâ §. Agere. ff. Ex quibus causis majores. &c. & l. Legato. ff. de Legationib.*

Resp. III. Conclusio n. 172. data ulterius urget in tantum, ut quoad distributiones, quas absentes non fuerint lucrati, nulla valeat remissio, mediante quâ sibi invicem Canonici punctaturs absentiarum, sive carentiam distributionum, remittere possint. Ita communis. Obstat enim huic remissioni tam Juris communis dispositio, *cit. cap. un. h. t. in 5.* obligans receptores ad earum omnium restitutionem; quam Concilium Tridentinum *d. Sess. 24. cap. 12. de Reform.* ibi: *Reliqui, quibus collusione, aut remissione exclusi, hæc careant.*

Quin imò, si Canonici hujusmodi distributiones sibi invicem remitterent, tunc Episcopus deberet eas in poenam fraudis applicare fabricæ Ecclesiæ, aut alteri pio loco: prout à Sacra Congregatione responsum fuisse, testatur Fagnanus, ubi supra n. 91. Haud obstant, quòd Canonici interessentes Divinis, postquam portiones non residentium perceperunt, illas quibus placuerit dare valeant.

Quæritur III. Ad quos spectent distributiones quotidianæ, amittæ per Canonicos non interessentes Officiis Divinis? *Resp. I.* Distributiones quotidianæ, ordinariæ & propriæ sumptæ, amittæ per non interessentes Divinis Officiis, accrescunt cæteris Clericis interessentibus. Ita Glossa in *Clem. 20. §. Pars dimidia de Etit. & qualitat. &c.* istud inter alia probans *ex cap. un. h. t. in 6.* Nisi (inquit) esset aliter ordinatum. Et alia Glossa in *Clem. 2. §. Suspensus. de Vita & honest. Cleric.* Covarruvias *lib. 3. Var. Resol. cap. 13. n. 7.* Navarrus *cap. 25. Manual. n. 123.* Barbofa *de Canonici & Dignitat. cap. 22. n. 14.* Azorius *part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 8. & 9.* Garcias *part. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 445. & 446.* citans plurimos alios, ac Rotam in una *Valentina Emolumentorum, coram Illust. Mantica. 14. Maij. 1593.* Conclusio hæc fundatur in jure accrescendi: quia enim distributiones quotidianæ, & propriæ dicitur, constituuntur dividendæ inter Clericos præsentis, tanquam in mercedem & honorarium majoris diligentis; ac novissimè decrevit Concilium Tridentinum *Sess. 21. cap. 3. de Reform.* Hoc ipso, quòd isti præsentibus non inveniunt alios, qui secum concurrant, soli utentur distributionibus in totum: prout in simili decium habetur *E. 1. §. fin. ff. de usufruct. accrescend. & §. Si eadem res. Instit. de Legatis.* Concordat Declaratio secunda Sacræ Congregationis Concilii, relata per Garciam *loc. cit. n. 465.* asserens, quòd portiones absentium accrescunt deservientibus, si ex Decreto Concilii *Sess. 21. cap. 3. de Reform.* F 2 cap.

cap. 3. separata sunt: scilicet verò, si ex Decreto cap. 3. Sess. 22. tunc enim fabrica Ecclesiae, quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicabuntur.

183 Additur notanter in Conclusione, *Distributiones quotidianae ordinariae, & propriae dictae*. Quales censentur esse, si certa quantitas, seu portio earum non est assignata singulis, sed omnibus ita relinquuntur, ut inter solos praesentes, ac Divinis Officiis intererentes, dividi debeant: tunc enim distributiones per absentes amissa, jure accrescendi debeant ceteris. Secus dicendum, quando pro distributionibus quotidianis certa quantitas, v. g. thalerus, aut determinata portio panis vel vini, assignata est: quia in hoc casu datur quidem cuilibet, Divinis Officiis intererenti, sua determinata portio panis, v. g. aut vini, vel pecuniae; absentium verò portio non dividitur inter praesentes, sed pertinet ad Ecclesiam, atque in ejus utilitatem convertitur, vel remanet in Mensa communi. Cessat quippe in tali casu quavis conjunctio inter Canonicos absentes & intererentes, sique etiam cessat jus accrescendi: nam intererentibus debetur solum sua portio determinata, absentibus verò nihil. Garciae cit. part. 3. cap. 2. n. 443 & 444. ac seqq. allegans multiplicem Declarationem Sacrae Congregationis Concilii. Barbosa d. cap. 22. numer. 16. Pirhing h. t. num. 101.

184 Dies. Concilium Tridentinum Sess. 22. cap. 3. de Reform. expressè decrevit, ut distributiones propter intermissum debitum personale servitium amissa, fabrica Ecclesiae, quatenus indiget, aut alteri pio loco, arbitrio Ordinarii applicentur: ergo haec non accrescunt aliis Clericis praesentibus. Resp. Licet in concordando isto Decreto Concilii Tridentini, cum alio ejusdem Concilii Decreto, quo Sess. 21. cap. 3. de Reform. distributiones quotidianae jubentur inter Divinis intererentes proportionaliter dividi, non nihil variant Doctores; uti videre est apud Barbofam cap. 22. de Canonico. & Dignitat. n. 14. ac seqq. Navarrum Miscell. 59. de Oration. num. 9. Garciae d. part. 3. cap. 2. n. 459. 460. & seqq. Ceteris tamen opinionibus dimissis, & conformiter diversis Declarationibus Sacrae Congregationis Concilii, per eundem Garciae loc. cit. nu. 465. relatis, videtur dicendum, quòd Concilium d. Sess. 21. cap. 3. de Reform. loquatur de distributionibus ordinariis, ac propriae dictis, quae usque ad tertiam partem fructuum à Canonicis, & Portionibus, de necessitate detrahi debent, non nullae, vel nimis tenues reperiantur distributiones quotidianae, prout ibidem praecipitur: tales enim distributiones, quae amittuntur per absentes, accrescunt praesentibus, cum sint constitutae de communibus fructibus pro servitiis communiter obeandis ab omnibus. At verò Sess. 22. cap. 3. de Reform. idem Concilium Tridentinum loquitur de distributionibus quotidianis extraordinariis, ac impropris, quae nimirum per Episcopum usque ad tertiam partem deductae fuerunt ex particularibus Dignitatibus, Personatibus & Officiis, etiam non ex necessitate, sed in odium absentium: nimirum, ut ejusmodi Dignitates, Personae, vel Officia obtinentes, si debite Divinis Officiis non intererent, nec personaliter competens sibi servitium praestarent, per earum amissionem singulis vicibus punirentur. Et quia haec distributiones non de fructibus communibus, ut priores; sed de redditibus particularibus Dignitatum, Personatum, vel Officiorum constituuntur, lucrificandae ab illis solis, qui eas Dignitates, Personatus vel officia obtinent, ac servitium sibi competens personaliter praestant; aliis verò per eos amittendae. Hinc cessat ratio, cur haec ceteris

Clericis intererentibus accrescant, eò quòd non sint detractae de communibus fructibus: ac proinde, si per negligentem absentiam amittantur, merito vel fabrica Ecclesiae, vel alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicari debent. His adde Declarationem Sacrae Congregationis Concilii n. 182. in fin. relata.

§. VII.

De casibus, in quibus Canonici absentes lucrantur Distributiones quotidianas.

S U M M A R I U M.

- 185 Generatim loquendo, ut Canonici absentes lucrantur Distributiones, requiritur justa causa absentiae, & licentia Ordinarii, seu Praelati.
- 186 Dantur nonnulli casus, in quibus Canonici sic absentes lucrantur Distributiones quotidianas. Et num. seqq.
- 187 Sic accidit ratione infirmitatis; & cur?
- 188 Aded, ut tempus infirmitatis non sit computandum pro tempore vacationum, seu trium mensium.
- Et quid, si Canonici, dum absint in tribus mensibus, infirmetur? Ibid.
- 189 Praedicta procedunt etiam nulla probata, vel existente consuetudine, dandi infirmis Distributiones in absentia.
- 190 Dummodò non adsit consuetudo in contrarium: haec enim valida foret.
- Idem dicendum de consuetudine legitime praescripta non dandi Distributiones absentibus ex ceteris causis, cap. un. h. t. in 6. contentis. Ibid.
- 191 Solum Statutum Capituli, seclusa consuetudine, non obstat, quòd minus absentibus ex causa infirmitatis &c. danda sint Distributiones.
- 192 Tunc solum Canonico infirmo debentur Distributiones, quando, cum esset sanus, consueverat interesse Divinis: aliàs secus.
- 193 Quae infirmitas sit, sufficiens ad effectum recipiendarum Distributionum, Judicis arbitrio relinquatur.
- Enumerantur nonnullae tales infirmitates. Ibid.
- 194 Ratione infirmitatis lucratur Canonico Distributiones, licet propria culpa in eam incidat.
- 195 Canonici absentibus debentur Distributiones, quando ejus justa & rationabilis corporalis necessitas excusat.
- 196 Et quid nomine Corporalis necessitatis intelligatur? Et n. praeced.
- 197 An ad istud requiratur consuetudo, dandi absentibus ex justa causa Distributiones quotidianas?
- 198 Canonici absentibus ob evidentem Ecclesiae utilitatem debentur Distributiones: secus, si non sit evidens.
- 199 Evidens haec utilitas debet esse illius Ecclesiae in specie, de cujus Distributionibus quaeritur.
- 200 Atque istud variè probatur.
- 201 Distributiones quotidianas recipit Canonici missus ad Concilium Generale, Provinciale, vel Synodum Diocesanam.
- 202 Item Canonici actu incumbens animarum curae, quae immittit suae Dignitati, vel Canonici.
- 203 Penitentiaris quoque, quando actualiter audit Confessiones.
- 204 Et Canonici missus à Capitulo pro aliquo servitio Ecclesiae, seu Capituli, v. g. ad proficien-

- das lites, procuranda communia negotia &c.
- 205 Concordatur c. Cum non deceat. de Election. in 6. cum cap. un. h. t. in 6.
- 206 Praeter dictos tres casus dantur nonnulli alii, in quibus Canonici absentes possunt percipere Distributiones. Et n. seqq.
- 207 Uti fit, quando universi redditus Capituli in solis Distributionibus quotidianis consistunt: nam tunc Canonici legitime absentes lucrantur duas partes, dempta tamen tertia.
- 208 Idque exemplificatur in duobus Canonici, qui existunt in servitio Episcopi; aut, qui absunt Studiorum causis.
- 209 Habens ex legitima dispensatione Canoniatum, & Ecclesiam Parochialem simul, si residet in Parochiali, lucratur Distributiones integras, si Canonici solum in Distributionibus consistat.
- 210 Canonici absens ab Ecclesia sua ex privilegio Summi Pontificis, potest percipere Distributiones.
- 211 Ut Auditores Rotae Romanae.
- 212 Inquisitores Haereticæ pravitatis; & quomodo? Collector Generalis Camerae Apostolicae, Subcollector &c. Ibid.
- 213 Canonici missi ab ipsorum Episcopo ad Limina Apostolorum ejus nomine, vel comitantibus Episcopum ad eadem, lucrantur Distributiones.
- 214 Canonici absentes possunt percipere Distributiones in absentia, quando eis ex Statuto Ecclesiae, vel Sedem Apostolicam confirmato, indulgetur.
- Vel quando ad hoc habent Indultum Apostolicum. Ibid.
- 215 Canonici obtinentes Praebendam Theologalem lucrantur Distributiones diebus illis, quibus actu legunt: quod tamen limitatur.

parte. 5. de Clerico aegror. Et alioquin, si ob supervenientem aegritudinem Clerici destituerent victualibus, seu Distributionibus quotidianis, ob hujus timorem fortè non posset, qui militaret Ecclesiae, reperiri, cap. 1. eod. Hinc merito infirmitas excusat Canonicos ab intererentia Divinorum Officiorum, absque amissione Distributionum quotidianarum.

Et hoc aded procedit, ut tempus, quo Canonici sicut infirmus, non sit computandum pro tempore vacationum (hoc est, duorum aut trium mensium, quibus juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 12. de Reform. abesse potest) prout Sacram Congregationem declarasse, refert Fagnanus c. Licet. n. 140. de Praebend. Ita tamen, ut si Canonici, dum absint in tribus mensibus à Concilio permissis, in morbum incidat, Distributiones illius temporis, sive trimestrales non lucratur: siquidem aegritudo tunc non esset causa non intererendi, cum jam antea vacasset à servitio Ecclesiae. Quòd si verò ultra tres menses morbus perdurasset, ab eo tempore Distributiones non forent ipsi subrahendae: quia, cum ante hac solitus fuisset interesse Divinis, verisimiliter expletis tribus mensibus vacationis ad servitium Chori redisset, nisi infirmitas fuisset causa non intererendi. Et hoc ipsum declarasse Sacram Congregationem Concilii, refert Fagnanus loc. cit. n. 149.

Ceterum data Conclusio procedit non solum 189 stante, & probata consuetudine, dandi infirmis Distributiones in absentia; sed etiam nulla probata, vel existente tali consuetudine: prout contra Philippum Franchum cit. cap. un. h. t. in 6. concludit Covarruvias lib. 3. Variar. Resolut. cap. 13. num. 8. vers. Ergo contrarium & Fagnanus c. Licet. n. 136. & 137. de Praebend. asserens, ita servare Curiam.

Intellige, dummodò non adsit consuetudo in 190 contrarium. Nam haec stante secus foret dicendum. Sic quippe, ut refert Garciae part. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 361. Sacra Congregatio Concilii declaravit, his verbis: *Consuetudo in aliqua Ecclesia introducta, ut Canonici infirmi fructus tantum suae Praebendae, non Distributiones quotidianas percipiant, si legitime praescripta sit, tolli Constitutionem: illam videlicet, quae habetur cap. un. h. t. in 6. Atque ad hoc requiritur consuetudo, quadraginta annorum spatio praescripta: prout notat Garciae cit. n. 361. post Vegam in Summa, part. 1. cap. 128. cas. 19. & Azevedo Consil. 21. n. 4. & Consil. 24. n. 31. Et hoc ipsum est dicendum de consuetudine alicubi legitime praescripta, & probata, secundum quam absentes ob ceteras causas, in cit. cap. un. h. t. in 6. contentas, Distributiones non percipiunt: valida quippe existit talis consuetudo, arg. cap. ult. de Consuetud. cum similibus, & rursum dicitur infra num. 197.*

Solum verò statutum Capituli, seclusa videlicet 191 consuetudine legitime praescripta, non obstat, quòd minus absentibus ex causa infirmitatis, vel alia quacunque causa, dandae sint Distributiones. Praeterquam enim tale Statutum Capituli, utpote factum contra Jus commune, cap. un. h. t. in 6. nullius fit roboris: illud etiam non esse confirmandum, cum fit contra bonum Ecclesiae, ob rationes nu. 287. allatas, censuit Sacra Congregatio; prout refert Fagnanus cit. c. Licet. nu. 138. de Praebend. Cur autem contra Jus commune, & Sacros Canones valeat consuetudo, non item statutum inferiorum, dictum, est supra Lib. I. tit. 4. de Consuetudine. §. 1. n. 11.

Resp. IV. Nihilò minus proximè data Conclusio 192 fit tunc solum procedit, quando Canonici infirmus, dum esset sanus, consueverat interesse Divinis Officiis;

cis: alius secus. Ita Abbas c. Ad Audientiam. n. 5. h. t. Covarruvias lib. 3. Variar. Resolut. cap. 13. n. 8. vers. Exord. Felinus c. Apostolica. n. 12. de Exceptio. dicens, ita tenet omnes. Jo. Gutierrez Canoniar. Questio. lib. 1. cap. 1. n. 138. & 139. Ubi proinde dictam Conclusionem intelligit, quando infirmus est præsens in loco, ubi est Ecclesia: alioquin enim etiam sanus, hoc ipso, quod sit absens, non interesset Divinis: quod tamen intellige conformiter dictis n. 188. Fagnanus cit. c. Licet. n. 148. de Præbend. Barbosa cap. un. n. 16. h. t. in 6. & cap. 24. de Canonic. & Dignitat. n. 36. & part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. n. 167. alique communit. Ratio est: quia tunc demum infirmitas excusat absentem, præbente causa non interessendi distributionibus, quando fuit causa non interessendi Divinis: atqui illud solummodo contingit in illo ægro Canonico, qui dum sanus erat, solitus fuit interesse Divinis; alioquin enim, si nec sanus interesse solebat, infirmitas non præstaret impedimentum. Atque ita tenuisse Rotam in una Hispal. Distributio. num. 2. Maji. 1603. Coram Rev. D. Cocchino, refert Barbosa cit. allegat. 53. n. 167.

193 Resp. V. Quæ infirmitas sit dicenda sufficiens ad effectum recipiendarum distributionum in absentia, Judicis arbitrio est relinquendum. Ita Menochius lib. 2. de Arbitrar. Judic. cas. 60. nu. 5. Barbosa d. cap. 24. n. 28. & alii. In quo quidem puncto oportet attendere, an infirmitas sit talis, quæ causet damnum, vel aggravet morbum, si infirmus exeat domo, atque Divinis interit, nec ne. Sic excusantur, atque distributiones ratione infirmitatis percipiunt, qui vel omnino Ecclesiam accedere nequeunt; ut debilis cruribus, seu tibiis, laborans podagra, cæcus, & hujusmodi: vel saltem non possunt accedere Chorum sine vitæ periculo, aut aggravatione morbi; circa quod multum operatur judicium conscientiosi, & periti Medici. Item, si quis lepra, vel alio morbo contagioso correptus, non audeat Chorum frequentare, vel etiam cogitur ab urbe discedere: aut si causa sanitatis ad balnea, vel alium locum de licentia Ordinarii se conferat. Barbosa, ubi supra. Fagnanus cit. c. Licet. n. 141. & seqq. de Præbend. & alii ab his citati.

194 Atque istud procedit, etiam si quis propriam culpam in morbum incidit: nam etiam tali debentur distributiones, postquam veram infirmitatem præpeditus, Divinis personaliter interesse non potest. Tum quia cap. un. h. t. in 6. indistinctè excipitur infirmitas. Tum quia in hoc etiam casu, morbi impedimentum à DEO provenire solet, c. Cum infirmitas. 13. de Penitent. & remissionem. Atque ut inquit S. Gregorius, can. Cum percussio. 7. q. 1. relatus: Cum percussio corporalis imminet, utrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio. Et ita tenet Fagnanus d. c. Licet. n. 147. de Præbend. allegans Declarationem Sacræ Congregationis Concilii, atque approbationem Gregorii XIII. Covarruvias. cit. lib. 3. Variar. Resolut. cap. 13. n. 8. vers. Septimè distributionibus. Barbosa cit. cap. un. n. 15. h. t. in 6. & allegat. 53. n. 168. Azorius part. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 11. ubi idem dicit de eo, qui ex culpa vulnus accepit; & alii: quidquid apud citatum Covarruviam contradixerit Philippus Probus cap. un. n. 17. h. t. in 6.

195 Quæritur II. An, & quando Canonicis, ob rationabilem corporalem necessitatem, vel evidentem Ecclesiam utilitatem absentibus, debeantur distributiones quotidianæ? Resp. I. Secundus casus, in quo Canonicis absentibus debentur distributiones quotidianæ, est ille, si eos iusta & rationalis corporalis necessitas excusaret. Textus est in cit. cap. un.

h. t. in 6. Ubi nomine Corporalis necessitatis intelligunt Doctores varia. Primum si Canonicis positionem medicam, sive medicinam sumpsit, vel sanguine minuto est. Jo. Andreas ad cit. cap. un. n. 1. & Ancharanus ibid. numer. 2. h. t. in 6. Fagnanus c. Licet. numer. 150. de Præbend. assertens, istud sequi cæteros omnes.

Deinde nomine corporalis necessitatis intelligitur casus ille, quo quis iniuste in carcerem mittitur, vel iniuste excommunicatus, postea per sententiam absoluitur; aut si quis expulsius è civitate propter seditiones, absque sua culpa Divinis interesse non potest: talis enim integrè debet percipere distributiones quotidianas. Barbosa cit. cap. un. n. 17. h. t. in 6. Fagnanus loc. cit. n. 151. & 153. & alii. Quin imò Jo. Andreas cit. nu. 1. vers. Vidi jam, istud ampliat ad eos, qui propter partialitates in Ecclesiis, vel ipsarum Civitatibus, morari non audent: nam cum necessitas proprii corporis tueri illos teneat absentes, ex quo in culpa non sunt, satis videntur sub hac exceptione includi, ac proinde percipere distributiones in absentia.

Addit quidem Covarruvias lib. 3. Variar. Resolut. cap. 13. nu. 8. y. Decimè, istud verum esse, ubi consuetudo definitiva, quod absentibus ex iusta causa, dentur distributiones quotidianæ. Verum meritò hanc limitationem reprobat Fagnanus loc. cit. n. 152. Quia (inquit) in cap. un. h. t. in 6. sub eodem contextu, ac unica verborum structura, excipitur infirmitas, seu iusta & rationalis corporalis necessitas, aut evidens Ecclesie utilitas: ergo textus ille debet singulos hosce casus æqualiter determinare, l. Quamvis. C. de Impub. & l. Jam hoc iure. ff. de Vulgari. & pupill. substitut. Atque ex causa infirmitatis absentibus lucratur distributiones, etiam si talis consuetudo non existerit, neque probetur, dummodo non subit contraria consuetudo legitime præscripta, juxta dicta n. 189. & 190. atque fatetur ipsemet Covarruvias cit. n. 8. vers. ergo contrarium: idem igitur est dicendum in aliis duobus relatis casibus. Accedit ratio superius jam allata: quia afflictio non est addenda afflictio, c. Ex parte. 5. de Cleric. agrot. Atque iniuste in carceratus, excommunicatus, expulsi &c. jam hoc ipso afflictus est; ergo non est ipsi addenda afflictio per subtractionem distributionum quotidianarum, cum per ipsum non steterit, quò minus interesset Divinis.

Resp. II. Tertius tandem casus, ob quem juxta sæpè cit. cap. un. h. t. in 6. distributiones debentur Canonicis non interessentibus, est evidens Ecclesie utilitas. Et dicitur notanter Evidens: nam occulta necessitas, seu utilitas, quam quis fingeret, simulando se ire, aut mitti ob causam occultam arduam; nec revelandam, non sufficeret, arg. c. Monasteria. junctâ Glossâ y. Rationalabili. de Vita & honest. Cleric. ac notat Jo. Andreas cit. cap. un. nu. 3. y. Evidens. h. t. in 6.

Additur verò in singulari, Ecclesie: hoc est, illius 199 Ecclesie in specie, de cujus distributionibus queritur; prout formalibus hisce verbis loquitur Jo. Andreas loc. cit. & sequitur Ancharanus d. cap. un. n. 4. h. t. in 6. Fagnanus c. Licet. n. 160. de Præbend. subjungens, secus esse dicendum, si absentia contingat ob utilitatem alterius Ecclesie particularis, vel etiam generalis.

Atque hoc ultimum, sive quòd utilitas evidens Ecclesie, requiritur ad lucrandas distributiones in absentia, debeat esse illius Ecclesie in specie, de cujus distributionibus queritur, probatur ulterius ex eo. Tum quia distributiones quotidianæ, spectato Jure communi, non debentur Canonicis existentibus in servitio Papæ, arg. c. Cum dilectus. 14. h. t. ac notat Glossâ ibid. y. fructus; quam Fagnanus cit. c. Licet. n. 99. & 160. sequitur, & asserit, omnium con-

consensu esse approbatam: & tamen ipsi censentur servire Ecclesie universalis, per textum cit. c. Cum dilectus. h. t. ibi: Familiæ nostræ, qui circa nos se obsequiales exhibent universis. Tum quia pariter duo Canonici, existentes in servitio Episcopi, non lucrantur distributiones, c. De cætero. 7. q. 1. ad Audientiam. 15. eod. haud obstante, quòd & hi censentur intervenire Ecclesie Generali, seu toti Dicecesi: cum Episcopus sit in Ecclesia, & Ecclesia in Episcopo, can. Scire debes. 7. q. 1. Tum tandem, quia absentes studiorum causa non percipiunt distributiones quotidianas, c. Licet. 32. de Præbend. quamvis absint pro utilitate Ecclesie universalis, quæ ipsorum doctrinâ illuminatur, cap. ult. de Magistris, & alibi.

201 Conclusio sic declarata exemplificatur, simildque exemplificando probatur. Sic imprimis Canonicus missus à capitulo ad Concilium Generale, Provinciale, aut Synodum Dioecesanam, recipit distributiones quotidianas. Rebutius in Praxi Beneficior. cit. Dispensatio de non residendo. n. 34. assertens, ita declaratum fuisse in Concilio Constantiensi pro præsentibus dicto Concilio. Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. n. 158. cum aliis. Præsertim si Canonicus tanquam Theologus, vel Canonista interfit, missus à Capitulo: quia censetur absesse in utilitatem suæ Ecclesie, ac rem ipsius utiliter gerere. Barbosa cit. n. 158. & cap. 24. de Canonicis, & Dignitatibus. n. 8. & 10. citans plurimos alios; atque istud post Monetam de distribut. quotid. part. 2. q. 11. n. 91. & Cenedo Practic. & Canon. Quest. lib. 1. quest. 1. n. 67. amplians ad eos, qui à Capitulo mittuntur in aliquo publico munere; puta, Magistratus, si Ecclesia habet jurisdictionem; vel saltem causâ Legationis ad Papam, vel Principem.

202 Deinde Canonicus incumbens animarum curæ, quæ imminet suæ Dignitati, vel Canonicatui, dum actu administrat Sacramenta, vel alia ad ipsius curam spectantia, habetur tanquam præsens in Choro, sicque lucratur distributiones quotidianas. Garcias part. 3. de Beneficiis. cap. 2. n. 335. adducens Declarationem Sacræ Congregationis. Barbosa de Canonicis & Dignitat. cap. 24. num. 11. & 12. allegans alios, & Sacram Congregationem Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium Præpositorum, in una Laudensi. 24. Novemb. 1617.

203 Penitentiarium quoque, dum Confessiones in Ecclesia audit, interim præsens in Choro censetur; sicque distributiones acquirit, juxta Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 8. de Reform. Barbosa cit. allegat. 53. num. 160. & cap. 24. de Canonic. & Dignitat. n. 6. Garcias part. 5. de Beneficiis, cap. 4. n. 123. 124. & seqq. allegans diversas Declarationes Sacræ Congregationis. Quæ tamen notanter addunt, Penitentiarium tunc solummodo censeri præsentem in Choro, quando actualiter audit Confessiones: non autem pro eo tempore, quo residet quidem in Confessione, sed non audit Confessiones, alii in Choro Divina peragentibus. Ratio horum generalis est: quia Canonicus exercentes curam animarum, suæ Dignitati, seu Canonicatui incumbente, aut Penitentiarium actu excipientes Confessiones, hoc ipso censentur absesse ob evidentem Ecclesie suæ utilitatem, utpote quibus obligationi in exercenda cura animarum satisfaciunt.

204 Rursum Canonicus missus à Capitulo pro aliquo servitio ipsius Ecclesie, seu Capituli, puta, ad prosequenda lites, vel procuranda communita negotia, percipit omnes fructus, ac distributiones quotidianas. Barbosa cit. cap. 24. n. 19. Idemque dicendum, si Canonicus mittatur Romam ad agenda negotia Ecclesie suæ; vel alibi existat pro defensione jurium Ecclesie, vel Beneficii sui: lucratur enim distributiones quotidianas in absentia, cum absit pro

evidenti utilitate Ecclesie suæ, cit. cap. un. h. t. in 6. & c. Ex parte tua. 13. h. t. Covarruvias lib. 3. Var. Resolut. cap. 13. n. 8. vers. Decimè. Garcias lib. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 362. Barbosa part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. n. 172. adducens multiplicem Decisionem Rotæ. Accedit ratio: quia præterquam, quòd talis Canonicus censetur absesse pro evidenti Ecclesie suæ utilitate, ut dictum; non debet alicui suum Officium esse damnosum, prout loquitur Pontifex c. Cum non deceat. 30. de Election. in 6.

Dices. In hoc ipso cap. Cum non deceat, de Election. in 6. expressè traditur oppositum; statuendo videlicet, ut illi, qui Ecclesiarum suarum profectuantur utilitatem, censeri quidem debeant residentes, sicque fructus Beneficiorum suorum integrè percipere, sed quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis: ergo. Ad hanc instantiam, & evitandam antinomiam inter cap. un. h. t. in 6. & citatum c. Cum non deceat, de Election. in 6. varis sunt resolutiones Doctorum; uti videre est apud Glossam cit. cap. un. y. Utilitas. h. t. in 6. Fagnanus c. Licet. n. 159. de Præbend. Pirhing h. t. n. 29. & alios. Dimissis tamen cæteris, breviter respondeatur cum Fagnano loc. cit. vel potius cum Sacra Congregatione Concilii, quæ examinatis singularum opinionibus, & articulo diligenter discusso, intellexit, textum in d. c. Cum non deceat, de Election. in 6. loqui in eo casu, in quo ex consuetudine cuspsiam particularis loci, absentes ob Ecclesie utilitatem non percipiunt distributiones: talem enim consuetudinem valere, jam dictum est supra num. 190. At verò non probat hujusmodi consuetudine, censuit eadem Congregatio absentes ob evidentem Ecclesie utilitatem distributiones lucrari perinde, ac si Divinis interessent, juxta textum in cit. cap. un. h. t. in 6. Et Congregationis sententiam Sanctæ Memoræ Paulus V. ad se relatum approbavit. Ita refert Fagnanus cit. n. 159. vers. Verum.

Quæritur III. An præter dictos tres casus, cap. 206 un. h. t. in 6. expressos, dentur nonnulli alii, in quibus Canonici iusta de causâ absentes lucrantur distributiones quotidianas? Resp. Dantur nonnulli alii casus, in quibus sive spectato Jure communi, junctò Concilio Tridentino, sive ex privilegio Apostolico, aut novissimis Constitutionibus Pontificis, Canonici absentes lucrantur distributiones quotidianas. Conclusio hæc probatur ex iis, quæ quoad propositum latè tradit Barbosa Tract. de Canonicis & Dignitatibus, cap. 24. per totum; & Fagnanus c. Licet. n. 124. & seqq. de Præbend. atque declaratur inductione quoad singula membra; quamvis per hoc non negetur, unum vel alterum sequentium casuum posse reduci ad tertium, qui cit. cap. un. h. t. in 6. exprimitur sub ly: Aut evidens Ecclesie utilitas excusetur.

Imprimis quidem spectato Jure communi, junctò 207 Concilio Tridentino, Canonici exci quancunque iusta causa, obtenta tamen prius legitima licentia absentes, percipiunt distributiones quotidianas, quando universi redditus Capituli in solis distributionibus quotidianis consistunt: ita tenent, ut post Concilium Tridentinum Sess. 21. cap. 3. de Reform. solummodo duæ partes ipsarum Canonicis ita absentibus debeantur. Fagnanus cit. c. Licet. numer. 124. 125. & 126. allegans multiplicem Declarationem Sacræ Congregationis Concilii. Accedit ratio: quia, ubi redditus omnes consistunt in distributionibus, tertia harum pars retinet naturam distributionum, juxta Concilium Tridentinum cit. cap. 3. reliquæ verò duæ succedunt in locum Præbendæ. Siquidem juxta Sacros Canones non datur Canoniam sine Præbendâ, c. Relatum. 9. & c. Dilatus. 19. de Præbend.

68 Lib. III. Tit. IV. De Clericis non residentibus in Ecclesia, &c.

atque Canonici legitime absentes lucratur Præbendam, five fructus grossos, est non distributiones extra casus specialiter expressos; ergo.

208 Hinc, quando omnes redditus Capituli consistunt in solis distributionibus quotidianis, duo Canonici in servitio Episcopi existentes percipiunt distributiones ejusmodi: ne alioquin ipsis suum officium, atque privilegium Jure communi concessum, redderetur inutile: excepta tamen tertia parte, quæ retinet naturam distributionum, ac proinde interestibus accrescit. Garcias part. 3. de Beneficiis, cap. 2. numer. 351. & 353. allegans multiplicem Declarationem Sacræ Congregationis Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum. Idemque esse dicendum de Canonico absentibus causâ Studiorum, tenet Garcias lo. cit. n. 353. allegans Declarationem dictæ Sacræ Congregationis, die 13. Septemb. 1595. Quod ipsum, ait, procedere in Canonico legente Sacram Scripturam in publica Universitate, ex Declaratione ejusdem Sacræ Congregationis, 2. Febr. 1597. & aliis hujusmodi casibus.

209 Hinc tamen exipitur casus, quo quis ex legitima dispensatione, Canonicatum & Ecclesiam Parochialem habens, residet in Parochiali, juxta præscriptum B. Pii V. Nam talis distributiones quotidianas lucratur integras, si Canonicatus consistat solum in distributionibus, non habens Præbendam: prout declaravit eadem Sacra Congregatio, atque decrevit Papa, apud Garciam cit. cap. 2. n. 115. & n. 352. asserentem, esse speciale in hoc casu, quod omnes tunc distributiones acquirantur, non deductâ tertia parte: & hoc in favorem curæ animarum, & propter onus residentie Parochialis. Atque conformiter illis limitanda sunt dicta superioribus §. 3. nu. 99.

210 Deinde ex privilegio Apostolico, aut novissimis Constitutionibus Apostolicis, plures gaudent distributionibus quotidianis. Et quidem generatim loquendo, Canonicus absens ab Ecclesia sua ex privilegio Summi Pontificis, potest percipere distributiones quotidianas. Barboza de Canonicis & Dignitat. cap. 24. n. 13. allegans Geminianum nu. 4. & Franchem nu. 3. in cap. un. h. t. in 6. pluresque alios. Privilegium enim non residendi in aliquo Canonicatu à Papa concessum, idem operatur, ac si Canonicus verè resideret, arg. c. Cum dilectus. 14. & c. Ad audientiam. 15. h. t. Barboza cit. num. 13. & alii. Nam ad Romanum Pontificem pertinere plenariam Ecclesiarum, Personatum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum dispositionem, textus est in c. Licet Ecclesiarum. 2. de Præbend. in 6. & Clem. 1. Ut lite pendente &c. Episcopus verò non potest aliquem excusare à residentia in Choro, nisi in casibus à Jure expressis. Garcias part. 3. de Beneficiis, cap. 2. n. 406. & 407. referens Declarationem Sacræ Congregationis Concilii. Barboza, ubi supra, & alii.

211 Hoc ipsum exemplificatur, atque declaratur loquendo de nonnullis in specie. Sic quippe Auditores Rotæ Romanæ percipiunt fructus, & Distributiones suorum Beneficiorum in absentia, ac si actualiter interessent Officiis Divinis. Ita concessit eisdem Clemens VII. in sua Constitutione 13. quæ incipit: Convenit: & habetur Tom. 1. Bullarii Romani. Id ipsum tradit Barboza cit. cap. 24. numero 1. & part. 3. de Offic. & potest. Episc. allegat. 53. num. 155. cum aliis.

212 Similiter Inquisitores Hæreticæ pravitatis habentur in suis Præbendis, & Dignitatibus pro presentibus, & interessentibus: non quidem spectato Jure communi, sed per specialia Indulta Apostolica, ab uno quinquennio ad aliud renovanda. Garcias cit. part. 3. cap. 2. numer. 356. referens Declarationem Sacræ Congregationis Concilii. Barboza d. et

legat. 53. n. 156. allegans alios. Ubi pariter n. 157. subjungit aliam concessionem Sixti V. die 8. Maii 1590. factam, vi cujus Collector generalis Cameræ Apostolicæ, Subcollector, Advocati, Procuratores, Fideales, & Notarii in causis spoliatorum, eorum officio durante, lucrantur distributiones quotidianas in absentia.

Rursum Canonici missi ab ipsorum Episcopis ad 213 Limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem Limina, distributiones lucrantur ex Decreto S. D. N. Sixti V. Ita Declaratio Sacræ Congregationis Concilii, quam his ipsis verbis refert Garcias cit. part. 3. cap. 2. nu. 349. Idemque docet Fagnanus c. Licet. n. 134. vers. Fallit sermo, & Præbend. Barboza d. allegat. 53. num. 159. & alii, quos citat.

Insuper Canonici possunt percipere distributiones 214 in absentia, quando eis ex Statuto Ecclesiæ per Sedem Apostolicam confirmato indulgetur, ut absentes in aliquo casu participent de distributionibus quotidianis. Idemque dicendum, si Canonici habeant Indultum Apostolicum vacandi à servitio Ecclesiæ, & nihilo minus percipiendi distributiones. Fagnanus d. c. Licet. nu. 132. & 133. de Præbend. Accedit ratio: quia, licet Concilium Tridentinum Sess. 24. cap. 12. §. Distributiones. de Reform. sustulerit quæcumque Statuta, & consuetudines percipiendi distributiones in absentia, contra Decretum Bonifacii VIII. relatum cap. un. h. t. in 6. non tamen sustulit privilegia Apostolica per Sedem Apostolicam confirmata ex certa scientia, ut cum causæ cognitione. Idque propter duplex vinculum: uti notat Glossa in Clem. Dudum. §. Palla. de Sepultur. citans Joann. Monachum, & Fagnanus cit. c. Licet. n. 59. & n. 132. ac seqq.

Tandem, ut nonnulli alii calus taceantur, de qui- 215 bus Doctores hæcenus citati, Canonici obtinentes Præbendam Theologicam non solum possunt percipere fructus grossos sui Beneficii, quamdiu in Scholis docuerint, cap. ult. §. Docentes. de Magistris, juxta Declarationem Sacræ Congregationis, quam refert Fagnanus d. c. Licet. num. 114. & 115. Sed etiam diebus illis, quibus actualiter legunt, habendi sunt sicut presentes in Choro, & interessentes; sicque lucrantur distributiones quotidianas; prout declaravit Gregorius XIII. teste Fagnano loc. cit. numer. 116. & 169. & Garcias cit. part. 3. cap. 2. nu. 120. & 121. Quamvis iste n. 122. subjungat, hanc gratiam non competere indiscriminatim omnibus (Jure enim communi spectato, oppositum foret dicendum, arg. cap. ult. juxta Glossa §. Integre, de Magistris) sed illis duntaxat, qui ipsam à Sacra Congregatione specialiter petierint, atque impetraverint.

TITULUS V.

De Præbendis & Dignitatibus.

I Ratio continuationis Rubricarum.

DE bonis Clericorum internis tam animi, quam corporis, eorumque officio tractarunt priores Tituli: nunc agendum restat de ipsorum bonis externis, nempe de Præbendis & Dignitatibus, seu Beneficiis Ecclesiasticis, ex quibus debet residendo, seu eidem deserviendo, honestam suam sustentationem habere valeant, juxta illud I. Corinth. 9. Qui Altari deservunt, cum Altari participant: ne alioquin in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare, vel negotari cogantur. Quia verò præ-

§. I. De natura Præbendæ, ac Beneficii Ecclesiastici &c. 69

presens Titulus amplissimam continet materiam, de qua plenos libros quidam ediderunt, ne prolixitas ipsius confusionem pariat, opere pretium erit, eundem in diversos Paragraphos dividere.

§. I.

De natura Præbendæ, ac Beneficii Ecclesiastici, hujusque Requisite.

SUMMARIUM

- 2 & 3. Præbendæ nomen sumitur multipliciter.
- 4. Et quid sit propriè loquendo?
- 5. Præbenda, qualiter accipiatur in Rubrica hujus Tituli?
- 6. Beneficium Ecclesiasticum, quid? & n. seqq.
- 7. Est jus spirituale.
- 8. Et quidem perpetuum.
- 9. Differt Beneficium per hoc à Pensione. Ibid.
- 9. De essentia Beneficii Ecclesiastici est, ut conferatur in perpetuum.
- Ly. Perpetuum, quomodo hic sumatur? Ibid.
- 10. In Beneficio Ecclesiastico tria possunt distingui: nempe, Officium spirituale.
- 11. Jus percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis.
- 12. Ac ipsi fructus percipiendi ex ipsis.
- 13. Beneficium debet conferri personæ Ecclesiasticæ.
- Ejusque collatio in personam Laici facta, ipso jure est nulla. Ibid.
- 14. Beneficium debet erigi auctoritate Ecclesiæ. Et nun. seqq.
- 15. Et ante consensum Episcopi non est Beneficium, sed res stat in pendenti &c.
- 16. Estque primum Legatum, atque laicale. Et nun. preced.
- 17. Requisita, seu qualitates, ex quibus cognoscantur Beneficia Ecclesiastica, sunt sex; & quæ?
- 18. Uno eorum deficiente, Beneficium dici non potest: secus, si omnia concurrant, quocumque nomine appelletur.
- Non est vis in nomine, sed debet attendi natura rei. Ibid.

2 Q Uæritur I. Quid nomine Præbendæ intelligatur, præsertim in Rubrica hujus Tituli? Resp. I. Nomen Præbendæ sumitur multipliciter: uti notat Glossa c. Cum M. Ferrariensis. §. Receiverint. & Abbas ibid. nu. 22. & Felinus nu. 13. de Constitut. Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. §. 1. nu. 1. & seqq. Vallensis h. t. §. 1. nu. 1. & alii. Primo siquidem Præbenda potest singulariter considerari; ac prout est separata à jure spirituali ipsius Canonice: & hoc modo Præbenda consistit in mera temporalitate bonorum, quæ cuiquam debentur ex redditibus Ecclesiæ propter aliquod Officium. Unde in hac acceptatione etiam Laicus, puta Advocatus, Procurator, vel Musicus Ecclesiæ, est capax Præbendæ; potestque dici Præbendatus, quamvis nequeat esse Canonicus. Glossa, Abbas, Felinus, ubi supra. Gonzalez numer. 6. Anton. Nebrissensis in Vocabulario juris, §. Præbenda. & alii. Verum hæc acceptatio non est ad nostrum propositum, ubi sermo est de Præbenda, prout est jus quoddam spirituale, atque individuum; uti appellatur c. Dilectio filio. 25. §. Præbenda. h. t. & alibi.

3 Secundo igitur Præbenda accipi solet pro Canonica portione, seu pro fructibus annuis, five grossis, qui de communibus bonorum, proveniuntque Ecclesiasticorum massa sumuntur, & propter spirituale ministerium, five ratione annuæ residentie

in loco Canonice, Præbentur singulis Canonice pro sua portione. Unde & Præbendæ nomine indigitantur: atque non raro etiam dicuntur Fructus Præbendæ, vel absolute Præbenda, prout fit in c. Dilectio filius. 19. h. t. ibi: Idem fructus Præbendæ percipere non debent. juncto c. Cum M. 9. de Constitut. ibi: Antiquis Canonice præbendas cum integritate percipientibus, & alibi.

Tertio, & propriè, magisque strictè loquendo, 4 Præbenda est jus ipsum spirituale, pro Canonico institutum ad utendum, & fruendum rebus, atque juribus ad hoc deputatis, & recipiendum atque administrandum ea ratione Officii, seu Canonice. Ita Abbas cit. c. Cum M. numer. 22. & Fagnanus ibid. numer. 27. De Constitut. & alii. Admittit notanter, ratione Officii, seu Canonice: siquidem jus istud ex Canonice (quæ est jus, quod provenit ex electione, seu receptione alicujus in fratrem, five Canonice) ejusque Officio, descendit tanquam sequela: quia, ex quo aliquis habet Canoniam, seu Officium, debet habere Præbendam, seu Beneficium; prout dicitur c. Relatum. 9. & c. Dilectus. 19. h. t. cum similibus.

Resp. II. Nihilo minus in proposito, atque in 5 Rubrica præsentis Tituli, Præbenda sumitur non specificè pro sola Præbenda Cathedralis, vel Collegiæ Ecclesiæ; sed genericè pro omni Beneficio Ecclesiastico, saltem inferiori. Ita Barboza ad Rubric. h. t. num. 6. Pirhing h. t. num. 1. Vallensis eod. §. 1. n. 1. & alii. Idque patet ex c. Referente. 7. & c. Cum non ignores. 15. & c. Tuis questionibus. 23. h. t. cum similibus hoc titulo passim occurrentibus, & in quibus de Beneficio generaliter agitur. Accedit can. Si quis dator. 1. q. 3. ubi indistinctè dicitur, quod Dei Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ beneficia, quidam Præbendas vocant. Concordat textus in c. Quia in tantum. 5. h. t. & c. Tua nobis 32. de Verb. signif. Quo tamen obstante ly, Præbenda, prout accipitur in præsentis Rubricæ merito restringitur ad inferiora Beneficia, ne altera ejusdem pars, nimirum ly, & Dignitatibus, superflue videatur. Occasione cuius

Quæritur II. Quid sit Beneficium Ecclesiasticum? 6 Resp. I. beneficium Ecclesiasticum est jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiasticis, propter aliquod Officium spirituale, personæ Ecclesiasticæ auctoritate Ecclesiæ constitutum. Ita Barboza lib. 3. Jur. Ecclesiast. univ. cap. 4. n. 8. Vallensis h. t. §. 1. n. 3. Engel eod. n. 1. Zoëlius n. 2. Sannig cap. 1. num. 4. Layman lib. 4. Theolog. Moral. tract. 2. cap. 1. n. 1. Et in re communis. Nisi quòd Navarrus de Redditiis. Ecclesiast. quest. 1. monit. 55. n. 4. addat ly, Jus perpetuum in se, vel quoad recipientem: alii verò, & signanter Garcias part. 1. de Beneficiis. cap. 2. n. 2. & 65. & Pyrrhus Corradus in Praxi Beneficaria. lib. 1. cap. 1. n. 1. omitant ly, perpetuum; juxta dicenda n. 8.

Dicitur imprimis, Jus. Quod intellige de jure 7 spirituali, propter connexionem, ac dependentiam à spirituali: quia nimirum præsupponit Clericatum, & datur propter Officium, seu ministerium sacrum. Alioquin enim jus percipiendi fructus, utpote res temporales, in se foret temporale quid: sed in proposito, veluti connexus spirituali, censetur spirituale. Concordant dicenda inferius n. 11.

Et additur, perpetuum. Quamvis enim nonnulli 8 li Authores hanc particulam omitant; ut Garcias cit. part. 1. de Beneficiis. cap. 2. numer. 65. & seqq. asserens cum quibusdam aliis, à se citatis, quòd non sit de essentia Beneficii, esse perpetuum: tamen idem Garcias paulò inferius, seu num. 79. quandam in beneficio Ecclesiastico requirit perpetuitatem, saltem aptitudine. Cæteri verò Doctores passim